



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 18. An mulæ sint monstra, & num naturaliter pariant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

urbis desperatio iam ceperat, donec Zo-
phyri Persæ mula enixa est.

§. XVIII.

*An mula sint Monstra, & num natura-
liter pariant?*

Et quia de mulis mentionem fecimus,
quæri potest, an non & ipsæ mulæ in mon-
strorum censu sint ponendæ? Certè eas à
natura deuiare ostendunt progenitores, &
sterilitas eorum; licet, quia consuetæ, &
ordinarij talium parentum partus, vulgò
pro monstris non habeantur. *Observatum*
est, ait Plinius, è duobus diuersis generibus na-
ta, tertij generis fieri, & neutri parentum esse
similia: eaq; ipsa, que sunt ita nata, non gi-
gnere. Idcirco mulas non parere. Est in anna-
libus nostris, peperisse sepe, verùm prodigij loco
habitum. Theophrastus vulgò parere in Cap-
padocia tradit: sed esse id animal ibi sui generis.

Plin. l. 8.
nat. hist.
cap. 44.

§. XIX.

Monstra ex hominibus nata.

Inter homines monstra existere defor-
mantia naturam, experientia testatur quo-
tidiana. Adstipulatur & D. Augustinus,
quo memorante, apud Hipponem natus est
homo quasi lunatas habens plantas, & in eis
binos tantummodo digitos, similes & manus.

S. Augu-
stin. l. 16.
de ciuit.,
c. 8.

D Qui